



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 11. Controversia Papam inter & Archiepiscopum Coloniensem ob jus
appellationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.

A. C. 1686.

§. XI.

Controversia Papam inter & Archiepiscopum Coloniensem ob jus appellationis.

Captæ Budæ nuntium Innocentius XI. *Theatr, Europ. t. 12. pag. 998.*
 Papa tantis lætitiæ significationibus excepit, ut ea victoria velut universi Christiani nominis & Orbis propria fore videretur: ingens tamen hoc gaudium nonnihil turbaverat dissidium, quod inter summum Pontificem, & Maximilianum Henricum Coloniensem Archiepiscopum atque Imperii Electorem exortum erat; cum enim Pontifex ægerrime ferret, hunc Archiepiscopum simul etiam in Monasteriensem ac Leodiensem Episcopum a Canonicis fuisse electum, hinc eidem Beneficia Ecclesiastica conferendi potestatem, literasque Apostolicas denegatum minitabatur, nisi Monasteriensem Episcopatum ultro dimissurus esset: insuper iniquo tulit animo Pontifex, quod idem Archipræsul sæpius ad profanas curias provocasset: quocirca ejus Ministris & Leodiensibus necnon Sigenburgensibus Primoribus inhiibuit, ne deinceps in Leodiensis Episcopatus causis, aut controversiis ad Curiam Spirenses vel ad Aulæ Cæsareæ Senatam, sed ad Nuntium Apostolicum

Sæc. XVII. licum ipsamque sedem Apostolicam
 A. C. 1686. provocarent, intentata etiam anathe-
 matis pœna, nisi cuncta, quæ contra
 Sigeburgensis Monasterii Administra-
 torem hucusque in Bonnanensi Curia
 acta fuissent, intra quatuor hebdoma-
 darum spatium revocarent. Verum
 novæ huic molitioni intrepide sese op-
 posuit Elector, hancque excommunica-
 tionem, utpote in re civili nullam esse
 declaravit, simulque rem ocys ad Im-
 peratorem ac Imperii status detulit.
 suppliciter, ut ipsi hac in re suam inter-
 ponerent auctoritatem, ne quid in Ger-
 manæ libertatis præjudicium attenta-
 retur: Ceterum Archiepiscopus Mona-
 steriensem Episcopatum nonnisi in re-
 bus profanis administravit, eo quod Pon-
 tificiæ confirmationis diploma obtinere
 non potuerit, etsi ipsemet Imperator
 die septima Junii per suum Legatum
 hæcce literas a Papa impetrare stu-
 duisset.

§. XII.

*Viginti septem Præsules ab Innocen-
 tio XI. Romana Purpura
 decorati.*

Innocentius XI, summus Pontifex ea-
 dem die, qua Budensis Urbs a Cæ-
 sareis fuerat expugnata, post continua
 lamen-